


Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.


Repetita post Magnificat Antiphona, Sacerdos conversus ad Chorum seu populum dicat **Dóminus vobíscum**. Deinde reversus ad librum prosequatur Postcommunionem :

SPIRITUM nobis **Dómine** tuæ caritátis infúnde : ut quos sacraméntis Paschálibus satiásti ⁊ tua fácias pietáte concórdes : Per.

Postea convertat se iterum Sacerdos ad Chorum seu populum, et dicat **Dóminus vobíscum**., et Diaconus subjungat :



ITE missa est, alle-lú-ia, alle- lú-ia. R̄. DE-O



grá-ti-as, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Et dicto Pláceat tibi., dataque benedictione, dicat Sacerdos ultimum Evangelium. Sic, omisso Pater noster., Vesperæ cum Missa finiantur.

Cereus Pasch. hac die ardeat usque post Completorium.

✠ Qui Vesperas privatim recitat, dicto Pater noster., signet se, et statim dicat Ant. Allelúia, allelúia, allelúia., postea Psalmum Laudáte **Dóminus** omnes gentes. Repetita post Psalmum Ant. Allelúia., sequitur Ant. Véspere., ut supra, quæ tota dicatur ante Canticum. Finito Magnificat, et repetita Ant. Véspere., dicat : **Dóminus vobíscum**.. Orat. **Spirítum nobis**., ut supra, **Dóminus vobíscum**. Benedicámus **Dómino**, allelúia, allelúia. R̄. Deo grátias, allelúia, allelúia. Non dicat **Fidélium**, neque Pater noster.